

1376. d. 26. Julii.

Ex Orig. Arch. civit. Ant. Varsovi.

Privilegium Joannis ducis Mazovie su-
per balneo civitati Varsoviensi datum.

195.

In nomine Domini amen. Nos Jo-
hannes Dei gratia dux Visnensis Var-
schoviensis, Sacerocimensis, dominus et
princeps Zechonoviensis. Ad perpetua
rei memoriam, universis et singulis pre-
sentibus et futuris cupimus fore vo-
tum. Quod cupientes civitatem nostram
Varschoviensem maioribus profectibus re-
formare et indesinentes augere, extunc
providis viris civibus consulis, et to-
ti communitati in hac nostra civitate
Varschoviensi perseverantibus, balneum
ante civitate premissa prope pon-
tem construere et edificare plenam
et omnimodam damus et elargimur
facultatem: postquam idem balneum
per eodem constructur et ad plenum
preparabitur, extunc predicti nostri con-
cives censum et totalem proventum
de eodem balneo integraliter singulis
annis perpetuisque temporibus pro re-
formatione et melioratione dicte civi-
tatis exigent et extorquent, omni im-
pedimento post tergato, hoc tamen escluso

137

quod quolibet septimanam unam diem, que
nobis competens fuerit, aut quam elige-
mus, nos personaliter una cum contho-
rati nostra dilecta ac cum tota curia
nostra liberè absque aliqua pensione
seu solutione in eodem balneo volu-
mus balnari. Ad huius rei evidenti-
am et testimonium, presens privilegi-
um scribi, et nostri sigilli munimine
iussimus roborari. Actum et datum
in Zakrocym in die Sancte Anne
sub anno Domini millesimo trecen-
tesimo septuagesimo sexto, presenti-
bus in testibus, domino Stanislas sub-
camerario Varchoviensi, Laszczone sub-
camerario Cechanoviensi, Junozza sub-
camerario Zakrocimenti, capitaneo nostro
generali, Parzone de Trampki, Pha-
lanthe de Wirzini, et Nicolas de
Dlock curie nostre vicecancellario, qui
presentia habuit in commissis, ac aliis
quam pluris nostris fidelibus et fide-
dignis.

Presens privilegium ad requisitionem fama-
torum Ottow coniugum actis consularibus
civitatis nove Varaviae ingressatum
die tertia mensis Februarii, anno Do

497.

anno Domini millesimo septingentesimo
septuagesimo sexto. Ioannes Jastrzabski
civitatis novaе Varsaviae notarius.

Ta kopia wypisana z oryginalu paraga
minowego roku Pańskiego tysięczne
go siedemsetnego osiemdziesiątego
piątego dnia dwudziestego mie
siedca lipca, przy którym znajdnie
sz na sznurku z karmazynowe
go i zielonego jedwabiu zrobionym
pieczęci jedna.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]